S^ME. PATER.

GRAVIS NOBIS , ET IVSTISSIM
caufa eſt , per has litteras promp
obedientiæ , & Religionis pennis a
volandi ad pedes S. V. *Auribus perci*
orationem noſtram , non in labijs doloſ
Summe Sacerdos, Pontifex Maxim
Epiſcoporum Princeps, Apoſtoloru
Hæres , Primatu Abel , Guberna
Noè, Patriarchatu Abraham. Ordi
Melchiſedech , Dignitate Aaro
Auctoritate Moyſes , Iudicatu Sam
el , Poteſtate Petre, & vnctione Chr
te. Et ſi enim has excellentias, quas Divus Bernardus cumulav
& Summam Chriſti Maieſtatem in Vicario meritiſsimo ver
debuerimus ; vt auderemus tamèn fecit ipſa Chriſti clement
& vox invitantis: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis.*

Labòrem ergo noſtrum , noſtrum onus fidelibus noſt
humeris impoſuèrunt lupi rapàces non parcèntes Dominico G
gi, viri loquentes pervèrſa , vt abdùcant diſcipulos poſt ſe, co
gaudèntes ſecum dè multitudine ſequentium ſuam iniquitàte
cum malòrum ſolatium ſit bonos capere, dùm peccantium mu
titudine putant , culpam minui peccatòrum. Janſeniani ſcili
noſtræ lubricæ tempeſtatis redivivi , qui Catholicæ dignita
obliti , & oblivione obruentes, Deum in terris per Filium ſu
Ieſum Chriſtum Crucifixum Apoſtolicam Sedem erexiſſe ,
primum, & Summum Tribunal eſſe voluiſſe , nullam que Pot
tàtem eſſe, quæ huic æquari poſsit , hanc que dè omnibus hor
nibus, ac Dignitatibus iudicàre ; eam que ſolùm iudicari à D
non eſſe que de Grege Dominico , qui Romànum Pontific
ſuum eſſe Paſtòrem , negant , non audientes Dominum dic
tem , qui non colligit mecum diſpergit , ignoràntes que cu
Chriſto non colligere, qui cum Vicario eius non ſeminant. N
ſolùm Sanctiſsimis , atque Apoſtolicis conſtitutionibus vni ed
anno milleſimo ſeptingenteſimo ſexto incipienti , *Vineam Dom*
Sabaoth , contrà Janſenianòrum artificia ; alteri , ſextò idus S
tembris anni milleſimi ſeptingenteſimi decimi tertij , cuius i
tium eſt *Vnigenitus Dei Filius*, in qua S. V. Janſenij libros, & ex
diabolico ſpiritu , & inſtrùctu novas propoſitiones exòrtas c
demnàvit, & anathematizàvit ; rebelliter non obtemperant c

rupti, & abominabiles facti in studijs suis, & Ecclesiæ non cultantes, sicut Ethnici, & publicani, sed etiam cùm per inobedientiam à vero deficerent Parente. filij alieni mentiti sunt, & filij imitatione diaboli, mendacijs delectantur, suponentes Hispaniæ Clerum in suum errorem, & inobedientiam incidisse. O magnum, & impudens mendacium!

Et si enim non ignorèmus fortissimos clypeos contrà calumniatores esse, qui vim, & aciem eorum frangant, & retùndant; innocentiam vnum, alterum patientiam; innocentiam nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperètur ministerium nostrum, habèntes gloriam in testimonio conscientiæ nostræ, providentes bona non solùm coràm Deo, sed etiam coram hominibus, lucràntes que Beatitudinem, cum maledixerint nobis, & persecùti nos fuerint, & dixerint omne malum adversùm nos, mentientes: Patientiam, quæ inter opprobria plenus est omnium virtùtum cumulus, in calumnijs gaudèntes; & exultàntes, quoniam sufferentiæ merces copiosa est in Cœlis, dignitas que prò Nomine Iesu contumeliam pati.

Sed cum harum virtùtum navis non frangàtur, frangèndo pòpulum ad iracundiam provocantẽ filios mẽdaces, filios nolèntes audìre Verbum Dei, & Ecclesia Dei, inter multam paleam, multa que zizania, constituta, multa toleret; & tamẽ, quæ sunt contrà Fidem, vel bonam vitam non faciat, nec approbet, nec taceat. Nos tantæ Magistræ vestigia sequèntes, & amòre eius imbuti, propter Sion non tacebimus, & propter Ierusalem non quiescemus; quia de Sion exibit lex, & Verbum Domini de Ierusalem, id conservans integrum, & incorrùptum, vt colùmna, & firmamèntum veritàtis; cum sit velut Tabernaculum Domini, à quo decreta Fidei petùntur, fons purus, à quo in vniversum Orbem pura defluit doctrina, Civitas solis, à qua lux veritatis diffunditur in omnem locum, Tribunal Christi, à quo omnis hæresis, & erroris condemnatio procedit, oraculum Christianorum, à quo infalibiliter omnis de verite dubitatio resolvitur, Sedes sublimis Petri, in qua Petrus vivit adhuc, & præsidet vsque ad finem sæculi, non derelinquens eam secundùm illud Isaiæ: *Spiritus meus, qui est inte, & verba, quæ posui in ore tuo non recedent de ore tuo, nec de ore seminis tui, nec de ore seminis seminis tui, à modò vsque in sempiternum.*

Neque in puncto ergo Fidei, & Religionis à mendacijs desinèmus laudes Ecclesiæ nostræ, Catholicæ que Hispaniæ vindicare; tacentes humanas Glorias, & innumerabiles triumphos, in quibus veræ sapientiæ ignàri æternitàtem captant, & attingentes solùm aliquas pias, & religiòsas prærogativas, ex quibus ortum, progrèssum, fulcimentum, & gloriosum honòrem accepimus.

In nostra igitur Granatensi Civitate (quæ semper ob suæ fundationis vetustàtem nobilitàte floruit; est enim ex Hispaniarum Regni antiquioribus, & quam Prolemæus; Stephanus, & Plinius memorant honorificè) Fides, Christiana que Religio tàm in Evangelij pron[illegible]gationis primordio consita fuit, vt Divus Cæcilius Sancti Petri discipulus, primus eius Episcopus extiterit, qui illud evulgàvit, adeò feliciter à suis gentibus recèptum, vt ipsi suam præcipuam Sedem in illa erigere visum fuerit; propter quod Ecclesia Illiberitana fundata, instructa, edocta que per Divi Petri potestatem. atque ordinationem, simul que per Sanctum Cæcilium primum eius Antistitem, Sanctæ, Apostolicæ que nomen sortita fuit; ita enim solebat antiquitas nu[illegible]pare, quas Apostoli, eorum ve discipuli erigebant, illas tant[illegible]onore;

pro-

proſequendo, vt in dubijs, Fidei materijs, Eccleſiaſticis
ditionibus, determinabatur iuxtà id, quod prædictæ
tenebant, & obſervabant, iudicantes, quod illarum Epi
Apoſtolis ipſorum Magiſtris, Apoſtoli à Chriſto, Chri
quà homo à Deo acceperat, ab eis plus in memoria retin
maiori que obſervantià proſequendum.

In hac Illiberitana Vrbe Sanctus Epiſcopus n
coronatus fuit, & eius cineres, ad Fidem conſervandam,
efficacitatis extitère, vt divina miſeratione ab illius temp
tuſtàte, vſque ad præſens, & quod magis mirandum ſub
nòrum tyrannide, ſemper Fides integra, incolumis que p
ſerit, Templum quoquè Divo Cæcilio dicatum, quò Ch
Sacrum audituri, ad Divina que officia celebrāda conven
& cùm ob poſtliminij ius, noſtra Cathedralis ſuæ antiq
tùm fundatione, tùm Fide, & Religione, honorifica iur
peràſſet, ea illibata ſinè rugà, & maculà cuſtodivit, ac im
tiarum pro viribus propùgnat in Sanctæ Sedi, & conſtit
bus Apoſtolicis ab ipſa emanantibus debità obedientia.

Et quamvis nemo inficiari valeat, noſtrum etiam Hi
rum Regnum eximium, inclytum, atque glorioſum
puritate Fidei, circunſtantiatis que glorijs, quibus in Rel
Sanctæ que Sedi obedientia nituit, modò que mirificè r
aliquas tamèn ipſius laudes ſilentio præterire non val
Loquantur Eruditiſsimi viri de Hiſpaniæ Religione; Ger
dus: *Quo anno bellum Hiſpanum perfectum eſt contra Mauros, eor*
ditio adverſus Indos Occidentales cœpit, quaſi Hiſpanorum opus ſit
nare Infideles, & Paganos. Eraſmus aſſerit: *Hiſpaniam fatalem F*
rum, & Chriſtianæ Religionis vnicum propugnaculum eſſe. Lucius
næus ſic inquit: *Quare quidem meo iudicio in Orbe toto terrar*
gens eſt hodie Hiſpana (vt ita dicam) Chriſtianior. Ioannes Vaſ
affirmat: *Fuit Profectò Hiſpania Chriſtianæ Religionis ſemper obſe*
ſima, & Fidem Catholicam, qua ſemel imbuta ſinceriſsimè vſque col
reticis infeſtiſsima. Stanislaus Oſsius Cardinalis Barmienſis h
bis: *Nullum Regnum eſt hoc noſtro infœlici ſæculo magis ab hæreſibu*
tum, quàm ſit vel hoc ſolo nomine fœliciſsimum Hiſpaniarum Regnu
propter hanc in Fide Catholica conſtantiam, & eius tuendæ dilig
alias petereà multas fœlicitates Deus largitur. Eminentiſsimus
nalis Baronius ita loquitur: *Hoc planè laudis ſibi vendicat*
Eccleſia Catholica in Hiſpania, vt non ab erroribus tantùm, ſed &
cionibus eſſe voluerit ſuos immùnes. Quo factum eſt, vt hoc ip
ſæculo, cum longè, latè que facibus hæreticorum Orbis inflammarèt
illæſſa perſtiterit, accurrentibus ſummà celeritate Dei Miniſtris, ſ
nuem ſuſpicionis ſcintillam, vel ſi non ignem, fumum ſaltèm viderin
tis ignis indicium. Thomas Bozius, qui zelum propaganda
in Hiſpaniæ Regibus, & gentibus extollens, ſic ait: *Nulla*
gens ex quò Adàmus habuit liberos, tot nationes moribus, ac ritib
miles, ad vnius Religionis cultum, vel earùmdem legum ſtudium pe
ac Hiſpana. Vix enim quiſquam enumeràre poſsit gentium varietatem
que illarum prorſus inter ſe diſsidentes, quas Hiſpani ſub Imperio ſ
runt, & ad Chriſti venerationem perduxèrunt, vnius que Dei cultu
in promptu hiſtoriæ, legat qui volet. Cæterùm ex eis in acc
aliquid referemus.

Fuit Hiſpania Gentilitatis prima Provincia, vbi Ev
lium palàm prædicàtum fuit. Hiſpaniæ Iudæi præcipuè To
in Chriſti mortem minimè conſpiràrunt (erant enim pl
Pyrrho, ſeu Nabuzardan, quem Principem militum Nab
donoſor fecerat, perducti) & à Chriſti morte trigeſimo
anno ad Apoſtolos legàtos miſèrunt, vt quam primùm, vn

rum ad se in Christiana Fide instruèndos veniret. Hispanià ori- undi, in Fide, quam eos Divus Iacobus docuit, constantes perse- veràrunt. Hæresum nulla in Hispania ortum suum habuit, om- nes ad hæc Regna advenæ cognoscùntur. Errorum nullus pri- mum suum Auctòrem Hispaniam agnòvit. Priscilianus, iuxtà veriorem sententiam, Hispànus haud fuit; & licèt in Hispania natus esset, sui erroris Auctòrem non fuisse, certum est, ab Orien- te contagium venit. Barcinone suos errores Vigilantius semina- vit, ex his autem Regnis oriundus non erat. Agape, & Molinos licèt inter Hispanos numerèntur; suorum tamen capitalium erro- rum inventòres non fuere. Jezabel, de qua *S. Ioannes in Apocalypsi cap. 2.* Fatidica, & Doctrix facta tradidit documènta lasciviæ. Simon Magus, cum Selena, seu Helena prohibitum libidinis vsum, tamquàm sanctum haberi contendit. Dè Nicolaitis, per quos introductus fuit error, Mulieres scilicet esse communes, etiam *Divus Ioannes in Apocalypsi, ait*; Se illos odio habere, sibi que pergratum esse, Ephesi Ecclesiam ipsos magnoperè odisse, hoc est, eorum errorem. Hæc que hæresis extitit ex ijs, quæ Ecclesiæ Catholicæ primùm bellum indixisse censentur. Octogesimo au- tem anno surrexerunt Alexander Samarita, Basilidis Alexandri- nus, Saturninus Antioquenus, Basilidiani, alij que innumerabi- les, Molinos simillimi, quē multis retrò sæculis antecessèrunt, quī turpitudinis vitium, ad sanctitàtem assequendam tanquam me- dium aptum, edocèntes, ipsam ab omni labe purgàbant. Hic autem error tantà antiquitate notàtur, vt huiusmodi homines, Salomon in Proverbis spernit: *Alligàbit quis in sinu ignem, & vesti- mènta eius non comburentur? Aut ambulàbit super carbones ignis, & pedes illius non ardèbunt?*

Et non solùm hanc gloriam Hispaniàrum Regnum sem- per possèdit, ac in præsenti obtinet: verum etiam nationes aliquà Secta infectas, quæ in Hispaniam pedem intulerunt, vel Catholi- cismum amplecti fecit, vel à se protinùs abiecit. Hebræi in illam velut in reliquas Orbis terrarum provincias, introierunt, eius que zelus tolerare non potens, ipsis optionem dedit, vt Baptis- mum, aut relegationem eligerent, quo accidit, vt plures Fidem Catholicam amplexati fuerint, & qui in Christianis numerari noluerunt in Hispania neutiquàm habitàrunt; cū centum, & sep- tuaginta millia familiarum ab ea exulaverint, in quibus octin- genta millia personarum numerabàntur, ob Orthodoxòrum Regum Ferdinandi, & Elisabethæ edictum Granatæ pervulgà- tum tertio Kalèndas Aprilis, millesimi quadringentesimi nonage- simi secundi, & in Caraccensi oppido, tertio Kalendas Maij, eiusdē anni; qui nostri Patroni fuerunt propter nostri Granatèn- sis Regni debellationem, Ecclesiæque nostræ instaurationem, ac exornationem. Supradictisque Hebræis non existentibus, qui pri- mùm exules ab Hispania remansère: nàm anteà anno sexcente- simo decimo tertio, per Sesebutum Gothorum Regem Religione Christiana præstàntem, Heraclij Imperatoris suadela, nonaginta millia Iudæorum exulàrunt.

Ingressi fuerunt in Hispaniam Ariani, Suevi, & Gothi, ac indigenæ facti suum erròrem deponèbant, quo penitùs extin- cto, omnes Catholicam Religionem ex toto corde recepèrunt. Intràrunt quoquè Arabes Mahometis Sectarij, ipsorum que multis profuit in Hispania habitàsse, vt Cœlicolis annumeraren- tur; aliqui enim tam inclytè conversi fuerunt, vt Ecclesiæ Mar- tyrum numerum feliciter adauxerint, vt Sanctus Nicolaus Mar- tyr patre Mauro, matre verò Sancta Columba Maura; Vir[illegible] [illegible]

quoquè vt Diva Casilda Almenonis Toletani Regis filia. Mahometàni Sanctam nostram Fidem amplexi fuerunt, illam fictè admiserant, expulsi fuerunt à Philippo Tertio p Rege, annis millesimo sexcentesimo decimo, & millesim centesimo vndecimo, in numero nongentorum millium vtilitatem propriam tot subditorum, quos in Religioni quium expellèbat.

Non est minor Hispaniæ gloria, quòd à tempore, à proprijs Regibus possidetur, hæresis publicè apparere n ausa est, neque falsa Religio in illis Septentrionalibus Hi partibus, quò Romani, Gothi, nec Arabes pervenèrunt, p sa fuit. Fides Catholica semper illibata, & pura conserva in illis antiquis Hispanis, Sem, & Tubal oriundis. Consp Hispania Priscilliani hæresi maculatam; cæterum tunc illa manì possidèbant. Arianismo aflicta videbatur; sed tunc poris, illi dominabantur Gothi, & hi Ariani erant non Hi Vidit se perfidi Mahometis Secta profanatam; verùm tunc bes huius erroris professòres illam gubernabant. Ex quò proprij ei præsederunt, nunquam hæreseos pestis locum h nec qui in Ecclesiam per Baptismum intrarùnt, Religi quam acceperant impunè deserere valuèrunt. Pelaius R naturalium fuit primus, & ex tùnc fuit nemo, qui liber conscientiæ in suis ditionibus permiserit. Omnes exti Christiani fidelissimi, Sanctæ que Sedi obedientia præstanti vt in ipsorum historijs, omnibus compertum est.

De Philippo Secundo, per quem, Mahometani, que Granatenses Neophyti rebèlles, septies superati fuerant millesimo, quingentesimo sexagesimo octavo, Sanctus Quintus ait: *Fuisse pulchræ pacis, & Ecclesiæ fulcrum*: Et Cle Octavus in oratione, quam post eius obitum dixit in Sacro dinalium Collegio non sine lachrymis, de hoc Supremo P pe aiebat, *Rex ille plus solus in expellendis ab Ecclesia hæreticis derit, quàm omnes simul alij Christiani Reges.*

Noster Rex Philippus Quintus, cuidam Ministro i penetrali dicenti, præcipiatur illi Episcopo, valde severè re dit, *Episcopi rogantur non iubentur*: qualis igitur erit Sanctæ obedientia illius, qui talem Episcopis reverentiam exhibet? excellentiores pietàtes, eius historia narràbit. Cum autèm pania ad suam integram libertàtem pervènit, Sanctæ Inquisi Tribunal erectum fuit, cuius vigilantissimæ custodiæ huius ni puritas Fidei meritò debètur. Est etiam perillustris Hisp nam filij eius, Evangelij luce duplicem mundum, antiqu iorem, illustràrunt, innumerabiles homines ad Dei Fidem vertèntes, & denique est Hispania, de qua dicitur, quòd quàm Tubal illam fundavit tam congenitam, imbibitam qu buit doctrinam, veritàtem que vnici veri Dei, vt nunquàm pani coluerint innumerabiles Deos, quos cæca Gentilitas ràvit.

Hæc est obedientia, hæc Religio, & Hispaniæ Fides Cleri, & nostræ Cathedralis; hoc à nostris Maioribus prim spiritualibus Parentibus accepimus, hoc ex nostrarum Mà vberibus Infantes suximus, hoc pueri edocti fuimus, in ætàt maturiore obsérvàmus, amplectimur, & propugnàmus, que senescere, & vitam cum morte commutàre volumus. Ecclesiæ vnitàtem nunquàm scidimus, Christi Vicario se subiecti sumus, inconsutilem Christi tunicam, nostrà Vnive Pastori cæca obedientia, integram consérvàmus, in nobis in ta sunt, quæ per Ezechielem Dominus dixit: *Faciam eos in g*

vnam... & Rex vnus erit in omnibus imperans ... & Paſtor erit vnus omnium eorum.

Exquo evidentèr patefit, Janſenianos, in noſtram Hiſpaniam, eius que Clerum, commentitium facinus, calumniam que fuiſſe machinatos: cogitantes igitur noſtræ ætatis, ac ſenectutis dignam eminentiam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, ob Fidem, atque à pueris optimæ converſationis actus, & ſecundùm Sanctæ, & à Deo conditæ legis conſtituta, in noſtram antiquam, veram que Religionem haud conquiſituri eràmus ipſorum erròris maculam, & execrationem noſtri Sancti honoris denigrativam nimis, Dei que Omnipotentis animadverſione dignam, quam nec vivi, nec deffuncti effugere valèbimus. Et quia non imitantibus Maiores, dedecus eſt paterna laus filijs: confitèmur, & credimus S. V. Domini Noſtri Jeſu Chriſti locum tenèntem in terris, certum, & indubitàtum ſucceſsòrem Sancti Petri, Dominici que Gregis Paſtòrem, Sanctorum Evangeliorum verum Interpretem, Doctòrem Salutàrem, Clavigerum que Regni Cœliſtis, cui promiſſus eſt Spiritus Veritatis, ſivè perpetua aſsiſtentia Spiritus Sancti, qui docet S. V. omnem Veritàtem nòn ſolùm in rebus, quæ propriè ſunt de Fide; ſed etiam de ijs, quæ aliquo modo ad Fidem pertinent, damnando non ſolùm improbabiles opiniones, ſed etiam, quæ olim probabiles fuere: à qua damnàtione, tùm ex Sacra Scripturà, tùm ex Summorum Pontificum conſtitutionibus, ex Sacris Concilijs, ex Sanctorum Patrum doctrinis, & tandem ex Doctorum aſſertis appellari non poteſt (quamquàm id ſemper hæretico ſpiritu tētaverint Janſeniani) ad futurum Concilium; cum Papa nullo caſu poſſit Eccleſię, vel Concilio eſſe inferior, imò ſuperior, ad quem iure fit provocatio, & non econtrà, vt practicavère Hiſpaniarum Eccleſię vndecim vices ad Sedem Apoſtolicam appellantes, ab anno ducenteſimo trigeſimo ſeptimo vſque ad quingenteſimum nonageſimum; neque ſecundùm doctiſsimos Viros ſinè erròre in fide, de Pontifice ad Deum appellari poſsit, cum vnum Tribunal ſit, Chriſti, & Pontificis, nunquàm que fuerit in Eccleſia admiſſa appellatio à Papa ad Concilium à tempore Friderici Secundi Imperatoris, qui anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto, huius erroris primus Inventor fuit. Quà ſana doctrinà inſtructi, & ex Sacris Scripturis ſcientes, obedientiam Sedi Apoſtolicæ eſſe de neceſsitate ſalutis, Capitulariter congregati Archiepiſcopus, Dignitates, & Canonici vocem habentes in capitulo pro nobis, & in nomine vniverſi Cleri huius Granatenſis Diœceſis expræſsè, & alta voce obedivimus, & obtēperavimus cum omnibus conditionibus veræ obedientiæ, nempè cum obedientia forti, cæca, & ſtabili, prompta, humili, & perſeveranti; prædictis Bullis, vni incipienti *Vineam Domini Sabaoth*, & alteri *Vnigenitus Dei Filius*, & ſimiliter omnibus Sacris Conſtitutionibus dimanantibus, & quæ dimanàrint à Sancta Sede, improbavimus que, & improbamus obſequioſum ſilentium, cavilloſas interpretationes, & probabiliſmum Janſenianorum, confitemur que Sanctitati Veſtræ directam poteſtatem, non ſolùm circa actus externos, & mixtos, vt Sacri Canones teſtantur; ſed etiam circà actus purè internos in rebus Fidei, vel ei concernentibus; quia cùm Chriſtus conceſſerit Eccleſiæ poteſtatem illimitatam ad ea omnia; quæ condùcunt ad vitam æternam conſequendam, & interni actus ad eum finem maximè condùcant, conſequentèr ſinè limitatione Eccleſiæ poteſtas directa circa àctus internos conceſſa eſt, quod eſt manifeſtum in Concilio Tridentino, dum omnibus Chriſti Fidelibus iubet, alitèr non credere (hoc actus

pro in-

internus est) de Sanctißimo Eucharistiæ Sacramento, nisi qu
in eo explicatum, & definitum est.

Adsumus igitur, & corpore, & animo B.V. pedibus p
voluti, & quod præsentes præstàre nequimus, per has nostras
teras exhibemus: accipiat S. V. quod B. tuæ debetur, & de
nostrum, nostrum obsequium, nostram, & Hispaniæ Religion
decet. Ad te innati amoris suspirijs evolavimus Sme. P. in t
mine alarum tuarum speramus, sub Vmbra alarum tuarum p
tege nos à facie impiorum, qui nos afflixerunt. Advenæ,
peregrini sumus, sicut omnes Patres nostri, per Fidem, & obedi
tiam ambulantes. *Milites Christi sumus in expeditionè positi:* lucis
mis induti adversus tenebrarum opera pugnaturi. *A regula v*
tatis discedere nolumus, Catholicam Ecclesiam tenemus, in Petra exalta
& tunc exaltabit caput nostrum super inimicos nostros. Ad Tabernacu
Dei currimus, protege nos in Tabernaculo tuo à contradictic
linguarum, quod feliciter consequemur Divi Augustini doc
nam sequentes in Psalm. trigesimum ibi: *Quod est Tabernacul*
Ecclesiã huius temporis; Tabernaculum enim ideo dicitur, quia in hac te
adhuc peregrinatur: Tabernaculum enim est habitaculum militum in ex
ditione positorum... Ergo in hoc Tabernaculo proteges eos à contradict
linguarum. Contradicunt linguæ multæ, diversæ hæreses, diversa schism
personant, linguæ multæ contradicunt veraci doctrinæ. Tu curre ad Tabe
culum Dei, Ecclesiam Catholicam tene, à regula veritatis noli discedere
protegèris in Tabernaculo à contradictione linguarum.

Deus Optimus Maximus B. tuam quam diutisimè
vet incolumem, & te gubernànte, sedàtis temporum diffici
mòrum fluctibus, & parta de communi hoste victorià, Respu
ca Christiana, in optata pace, & tranquillitàte conquiesc
Granatæ in nostro Capitulo duodecimo Kalendas Janu
millesimi, septingentesimi decimi septimi.

Beat. Tuæ.

Sanctisimos deosculantur humillimè pe
minimi, & obsequentisimi Servi.

Egō infrascriptus Notarius Capituli Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Granatensis interfui sole
ctui obedientiæ prædictis Constitutionibus Apostolicis, in cuius Fidem hoc testimonium manu mea s
riptum, & sigillo prædictæ Sanctæ Ecclesiæ obsignatum dedi Granatæ vt supra.